uulus inuenire. Quia beatius est dare magis quam accipere. Visitate ergo quos paupe
res aspicitis et quos foris cernitis despectos saeculi. Istos arbitramini amicos di. Adui
standum namque pigri curestis quando hoc quod iacens in terra porrigitis sedens in
caelo datis. Deo discite pauperibus misereri ut et deus uestri quandoque misereatur.
beati enim misericordes quia ipsi misericordiam consequentur. Ergo si hoc facientes
xpi et non uestram gloriam quaeratis in die iudicii cum his qui in dextris erunt audire
mereamini. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod uobis paratum est ab origi
ne mundi. Quod si uobis non fuerit graecarum litterarum nota facundia. Est liber
herbarum dioscoridis qui herbas agrorum mirabili proprietate disseruit atque depinxit
post haec legite yppocratem atque galienum latina lingua conuersos id est thera
peutica galieni ad philosophum glauconem destinata et anonimum quendam qui ex di
uersis auctoribus probatur esse collectus. Deinde caeli aureli de medicina et hyppocra
tis de herbis et curis diuersosque alios medendi arte compositos. Hos ergo legite et quem
admodum dixerint medicamina conficite et ita languentibus subuenite a xpo mer
cedem recepturi a quo calicem aquae frigidae in nomine eius datum certum est remunerari
regno perenni. In quo cum patre et spu sco uiuit et regnat in saecula saeculorum amen;

## + COSMAS DAMIANUS IPPOCRATIS GALIENUS

signat scripta
Quos claros orbis celebrat medicina magistros hos praesens scriptor pagina signat uiros
sua munera
Sunt medico dona quamdiu quisque laborat Eger iam surgit nulla lagona uenit
Quod debes medico redde eger ne mala rursus Occurrat curret denuo nemo tibi
Pauperis adtende medice censum atq; potentis Dispar condicio dispari habenda modo
Si fuerit diues sit iusta occasio lucris Si pauper merces sufficit una tibi. Quicquid arabs sa
quidquid fert indus odoris Quicquid oceani prebet unda maris Cinnamomu myrrae foliu ca si
amq; nitente Balsama et uscalamu coriciumq; croci Haec possunt magnoru pigmentaria reru
et domus inmensi pflua diuitis Nos uiles fruimur pratorum germinis herbas. quas humilis
rura et iuga celsa ferunt Ergo sacrier peridu montes et rura ualete nam mutas curis munera aura
ualent Hic odorata iacent hic spirant cynamea thura Quaeq; serunt seres quaeq; sabea ferunt
Unguenta genera du sint gratissima plura Nil nardo et stacten dulcior esse potest Unguen
ta genera dum constent florida plura Nil rosae uiolae gratius esse ualet Unguenta
certus uaria quae graecia misit plurima hisperia de regione sumus. Uascula congregata
fragili de puluere creta pigmenta gerimus pocula nulla damus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscmed1/0015